



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

VII. Bischof Siegfried von Brandenburg und sein Capitel bestätigen dem Kloster Lehnin die Zehnten in Priscer, Zwine, Radele, Göritz und allen seinen Besitzungen und schenken demselben die Zehnthebung ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

VII. Bischof Siegfried von Brandenburg und sein Capitel bestätigen dem Kloster Zehn die Zehnten in Brifcer, Zwine, Radele, Göritz und allen seinen Besizungen und schenken demselben die Zehnthebung von 210 Hufen Landes bei Hangelsberg, am 2. Februar 1217.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Sifridus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie Episcopus. Quelibet karitatis opera ita prouide et legitime fieri debere decernuntur, ut ex ipsis quantum caueri potest nulli occasio detur offensionis et locus calumpniandi. Omnis quippe largitio tanto est deo et locis et personis, quibus confertur, acceptior, quanto ex omni parte rationabili conferendi modo sit firmior. Huius igitur rationis formam attendentes, notum facimus vniuersis tam futuris quam presentibus cristi fidelibus, quod nos ob diuine remunerationis emolumentum dilectis fratribus nostris in lenin villarum eidem loco pertinentium Decimationes iuri Episcopali attinentes de consensu Aluerici, prepositi, ac tocius Ecclesie nostre Capitulj celebri ac libera donatione in perpetuos vsus assignauimus. Ex quibus decimis, vt plenior habeatur Noticia, Nomina villarum, quibus adiacent, propriis duximus exprimenda vocabulis: Prescele, quod antiquo nomine dicitur Teskendorp, Zuine, Radele, Goriz, Michelstorp, Naumiz, Damelanc, Welcnewode, Detitz, Gotiz, tertia parte mansorum eiusdem excepta, Wachowe preter terciam decimarum partem eiusdem ville, que tertia pars decimarum cum duobus mansis integraliter ratione parochie in Goliz est Ecclesie Brandenburgensis. Preterea supradictis fratribus CC^{orum} et decem mansorum Decimas iuxta montem, qui dicitur hangendenberge, Insuper et ipsius loci, in quo situm est monasterium, contulimus, Uinearum quoque et molendinorum cum vniuersis attinentiis. Ut igitur hec assignatio, sepeditis fratribus facta interneniente fraternitatis affectu ac karitatis, qua tenemur ad exhibendum tam pro uiuis quam defunctis vtriusque ecclesie fratribus plenum orationum obsequium, rata et in conuulsa in futuro permaneat, totam hanc seriem huic pagine annotatam sigilli nostri munimine Roborauimus. Ne quis ergo factum nostrum temere infringere presumat, Auctoritate dei omnipotentis et beatorum Apostolorum Petri et Pauli et nostra sub interminatione Anatematis prohibemus. Testes sunt Aluericus, prepositus, Heinricus, prjor, Heinricus de Smergowe, Gernotus, Cantor, Thomas, custos, Heinricus, sancti Godehardi Parrochianus, Heinricus, cellerarius, Theodericus de Jnfula, Canonici Brandeburgenses. Actum in Ecclesia nostra Brandenburgensi, Anno domini M^o CC^o XVII^o III^o Nonas Februarii Indictione V^a, Pontificatus nostri anno I^o.

Nach dem vom Capitel, dem Bischofe und dem Dompropste besiegelten Orig. der R. Universitäts-Bibliothek in Berlin. Bgl. B. X, S. 193, 3 dieses Haupttheiles.

VIII. Abrecht, Markgraf von Brandenburg resignirt dem Erzbischof von Magdeburg zu Gunsten des Nicolai Stiftes in Magdeburg die Vogtei in Zernitz und Badewitz, im Jahre 1217.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Albertus, dei gracia Marchio Brandenburgensis. Cum ea solum, que diuinis indulgemus cultibus, post huius vite decursum nobis